

Missalis Romani in festis ritus duplicis primæ classis nulla die infra octavam fiat commemoratio; tamen hymni ad horas terminari debent, v. gr. *Jesu tibi sit gloria*. Et in missis Prælatio Beatæ Mariæ Virginis erit dicenda, ut pro festo S. Hyacinthi patroni principalis Poloniæ decrevit S. R. C. 29. *Decembris 1755. in Varmiansi.* (Nulla die infra octavam fiat commemoratio) exceptis octavis Nativitatis, Epiphaniæ, & Corporis Christi; de quibus fit semper commemoratio, quocumque festo in illis occurrente: Rubr. Brev. VII. de Octavis n. 3. De die vero octava fit commemoratio etiam in festis solemnioribus: Rubr. Brev. IX. de commem. n. 4. & 10. de translatione festorum n. 2.

1313 Si officium infra octavam festi S. Joachimi Patris Beatæ Mariæ Virginis in Polonia ex Indulto Sacræ Rituum Congregationis die 29. Januarii 1751. dato ad ritum duplicem primæ classis cum octava elevati, & in Dominicam secundam post octavam festi Assumptionis ejusdem Beatæ M. V. translati, cum octava festi Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis concurrat, ut sæpissime contingit, faciendum est officium de die infra octavam S. Joachimi, an vero de die infra octavam Nativitatis &c. Ratio dubitandi est quod etsi festum primæ classis præcedat illud secundæ classis, attamen octava Beatæ Mariæ Virginis est pro universali ecclesia, jam autem altera pro Polonia dumtaxat, sicque devotio fidelium ad Deiparam Virginem longe major. Responsum fuit: Recitandum esse officium de infra octavam S. Joachimi: S. R. C. 29. *Novemb. 1755. in Varmiansi.* (De infra octavam S. Joachimi) ratione ritus primæ classis, qui habet præcedentiam à duplici secundæ classis; secus autem in paritate ritus, quia attendenda erit major dignitas: V. num. 1258.

1314 Ecclesia collegiata loci Guttenstadt diocesis Varmiansis sub titulo Sanctissimi Salvatoris, & omnium Sanctorum dedicata fuit, sed cum potior titulus, nempe Sanctissimi Salvatoris, illic nullam festivitatem haberet, Episcopus ordinavit, ut festum Transfigurationis Domini, quod in octavo Romano per Bartholomæum Gavantum concinnato à Sacra Rituum Congregatione die 19. Februarii 1622. approbato, & Venetiis Typis Balleanianis anno 1733. impresso *Salvatoris* appellatio venit, dignitatem Tituli ecclesiæ habeat, & officium de eadem Transfiguratione Domini ritu duplici primæ classis cum octava deinceps recitetur. Sacra Rituum Congregatio dignabitur declarare, an hæc ordinatio sit observanda: nulla quidem ex parte Capituli & Clerici præfatæ ecclesiæ est oppositio, Episcopus tamen desiderat, ut omnia auctoritate Sedis Apostolicæ fiant. In statu Veneto Dominica tertia mensis Julii ritu duplici secundæ classis recitatur officium Sanctissimi Redemptoris, quod quidem Solvatoris synonymum, sed in Polonia præceteri officii usus nondum obtinuit. Et responsum fuit: Servandum esse decretum ejusdem Reverendissimi Episcopi: Sac. Rit. Cong. 29. *Nov. 1755. in Varmiansi.* Vide num. 185. 865.

1315 Pater provincialis ordinis Minorum Excalceatorum S. Francisci provincie S. Didaci Hispanensis S. R. C. exposuit, prohiberi suis Religiosis à quibusdam peculiaribus constitutionibus usum pluvialis in processionibus Sanctissimi Corporis Christi; quæ leges cum advenirent decretis hujus Sacræ Congregationis, humillime eidem supplicavit, ut præcipere dignaretur, ut ab omnibus suis Religiosis præfatæ provincie eadem decreta Sacræ Congregationis essent observanda. Et Sacra Congregatio recepit, quod eidem Oratori darentur decreta aliis in hoc dubio emanata, videlicet: Congregationis Montis Coronæ: Supplicante humiliter Sac. Rit. Cong. P. Juvenale Visitatore generali Congregationis Camaldulensis Montis Coronæ infrascriptum dubium declarari: An liceat non habentibus usum pluvialis in die, & infra octavam Sanctissimi Corporis Christi peragere processionem cum Sanctissimo Sacramento, & illud sine pluviali exponere? Et Sacra eadem Rituum Congregatio censuit respondendum: Negative quoad primam partem, & quoad secundam non posse cogi, id est, in expositione Sanctissimi Sacramenti. Et ita respondit

& declaravit, die 29. Januarii 1701. Quod Decretum eadem Sacra Congregatio etiam à Religiosis Excalceatis S. Francisci dictæ provincie S. Didaci servari mandavit, die 15. Maii 1756. in eadem Hispanensi. Vide num. 743.

Cum Reverendissimus Episcopus Varmiansis S. R. 1316 C. exposuerit, quod Fratres Minores S. Francisci de Observantia nuncupati Conventuum existentium in sua diocesi expunxerunt ab eorum calendario festum Dedicationis ecclesiæ cathedralis, ad cuius celebrationem tenentur ex præscripto decretorum, Sac. Rit. Congreg. rescripsit: Ut Reverendissimus Episcopus cogat eosdem Fratres ad celebrationem festi Dedicationis suæ ecclesiæ cathedralis ad formam decretorum, die 18. *Decembris 1756. in eadem Varmiansi.* (Ad formam Decretorum), juxta quæ obligantur ad celebrandum anniversarium Dedicationis ecclesiæ cathedralis Regularis in urbe degentes, non vero in diocesi. Vide num. 418. & alios ibi notatos.

An civitas Calaguritana rigorose prout ante Indul- 1317 tum servare teneatur festum Sanctorum Hemeterii & Celedonii fratrum Martyrum; & civitas Calceatensis servare eodem modo teneatur festum S. Domini, vel utraque civitas utrumque festum servare teneatur? Et responsum fuit: Affirmative ad primam, Negative ad secundam: S. R. C. 26. *Martii 1747. in eadem Calaguritana ad primum dubium.*

An oppida, quæ non habent peculiarem Patronum, 1318 servare teneantur festum Patronorum principalium ecclesiæ Calaguritane, cui subsunt, seu potius festa Patronorum utriusque ecclesiæ, nempe Calaguritane, & Calceatensis. Et responsum fuit: Negative ad utramque partem: S. R. C. 26. *Martii 1757. in eadem Calaguritana ad secundum dubium.* V. num. 527.

An oppida, quæ habent peculiarem Patronum, ser- 1319 vare teneantur festum illius dumtaxat, sive potius omisso festo sui peculiaris Patroni, servare teneantur festum Patronorum ecclesiæ Calaguritane, cui subsunt, vel ecclesiæ Calceatensis huic principaliter unite, vel potius festa Patronorum utriusque, servato etiam festo proprii Patroni? Responsum fuit: Teneri servare festum Patroni particularis loci dumtaxat: S. R. C. 26. *Martii 1757. in eadem Calaguritana ad tertium dubium.* Vide num. 1318. 527.

An civitates Calaguritana, & Calceatensis servare 1320 teneantur, ultra festum Patroni proprii, festum Patroni principalis provincie, in qua site sunt? Et an oppida particularia diocesis Calaguritane, sive habeant, sive non habeant Patronum proprium, servare teneantur festum Patroni proprii provincie, in qua ea respective existunt, nempe S. Prudentii Episcopi & Confessoris Patroni provincie Alacce, & S. Ignatii de Lojola Patroni provincie Guipuzcoæ & Viscayæ &c. Responsum fuit: Negative ad utramque partem: S. R. C. 26. *Martii 1757. in eadem Calaguritana ad quartum dubium.* Vide n. ant.

Officium S. Stanislai Poloni Martyris Episcopi Cra- 1321 coviensis, Patroni principalis regni Poloniæ, quod à Clero seculari, & aliis in Polonia recitatur sub ritu duplici primæ classis, à Patribus autem Carmelitis propter aliquod dubium sive scrupulum tantum sub ritu duplici minoris primæ classis: Utrum iidem Patres Carmelites in Polonia idem officium S. Stanislai teneantur recitare sub ritu duplici majoris primæ classis, qui ritus æquivalet, & correspondet ritui duplici primæ classis juxta rubricas Breviarii Romani, nec ne? Idem est dubium de S. Casimiro. Responsum fuit: Teneri ad ritum duplici majoris primæ classis: Sac. Rit. Congreg. 26. *Martii 1757. in una Ordinis Carmelitarum Regni Poloniæ ad primum dubium.* Vide num. 551.

Officium proprium de eodem supradicto Sancto de- 1322 bet recitari cum suis antiphonis, lectionibus, responsoriis &c. à Patribus Carmelitis in Polonia, prout recitatur à Clero seculari: S. R. C. 26. *Martii 1757. in una ejusdem Ordinis Carmelitarum Poloniæ ad secundum dubium.*

Utrum festum Sancti Joachimi cum suo officio, 1323 quod per decretum Sanctissimi Domini Nostri Pape

Benedicti XIV. ex Dominica infra octavam Assumptio- nis Beatæ Mariæ Virginis translatum est pro Dominica post octavam Assumptionis ejusdem Beatæ Mariæ Virginis in regno Poloniæ, ut ab omnibus hoc decretum observetur in Polonia, utrum etiam Patres Carmelites teneantur ad illud observandum propter uniformitatem cum aliis, nec ne? Responsum fuit, Affirmative: S. R. C. 26. *Martii 1757. in una Ordinis Carmelitarum Poloniæ ad tertium dubium.*

1324 Magister cæremoniarius ecclesiæ cathedralis Gadicensis supplicavit, quatenus declarare dignaretur: an officium Patrocinii S. Josephi, quod privilegio, & concessione particulari omnibus Hispaniarum regnis indultum est celebrari sub ritu duplici minori Dominica tertia post Pascha, si concurrente in dicta Dominica, sicut accidit hoc præsentis anno 1757. festo Sanctorum Apostolorum Philippi & Jacobi sub ritu duplici secundæ classis, vel alterius Sancti sub eodem ritu, dictum officium Patrocinii S. Josephi non tam celebrari, neque transferri, sed omitti debeat? & quatenus affirmative: Supplicavit pariter pro declaratione, an licitum sit, & possit Reverendissimus Episcopus Gadicensis idem officium transferre in aliam diem post citatam Dominicam tertiam, ut jam in simili ab hac Sacra Congregatione concessum fuit Archiepiscopo & Capitulo ecclesiæ Hispanensis sub die 26. *Novemb. 1735.* Et responsum fuit: In hujusmodi casu Officium Patrocinii esse omit- tendum ad formam rubricarum: S. R. C. 16. *Julii 1757. in una Gadicensi.* (Omittendum), quia non ex præcepto, sed ex privilegio, & concessione particulari recitatur. Vide num. 1237. Vide etiam num. 959.

1325 Facultas concessa est Clero regni Poloniæ transfe- rendi festa nonnullorum Sanctorum ad Dominicam infra octavam ob majorem populi concursum; cum autem, ut sæpe solet, aliquod ex dictis festis incidat die Dominico, queritur: An hoc casu festa Sanctorum incidentia in diebus Dominicis celebrari debeant in iisdem diebus propriis assignatis pro ecclesia universali, sive transferri ad Dominicam respective sequentes? Et responsum fuit: Festa prædicta celebranda esse in diebus propriis, non autem in Dominicis sequentibus in casu, de quo agitur: S. R. C. 16. *Julii 1757. in una totius Cleri regni Poloniæ.* (Diebus propriis) cum missa & officio, ut patet; secus autem cum celebraretur in Dominica infra octavam, quo in casu neque missa solemniter conceditur. Vide num. 408.

*Subnecantur infrascripta decreta è variis supplementis Auctoritatis.*

1326 Consecrator ecclesiæ potest in actu consecrationis statuere aliam diem pro anniversario ejusdem Consecrationis: S. R. C. 19. *Febr. 1587.* Vide infra num. 1377.

*Decretum hoc refertur à Gavanto.*

1327 Coadjutor Episcopi potest de licentia ejusdem Episcopi benedicere populo, dum per civitatem incedit: S. R. C. 31. *Jan. 1591.*

*Hoc, & sequentia decreta usque ad num. 1355. referantur à D. Joanne Baptista Pivone in suis constitutionibus, & decisionibus ad Vicarios utriusque Cleri spectantibus, in fine; reliqua vero à Gavanto, Merati, Cavalleri &c.*

1328 In Feria V. in Cæna Domini fit Communio generalis in missa per manus Celebrantis. Sacerdotes procedunt cum Stola de collo pendente, non autem in modum Crucis. Post missam fit processio cum SS. Sacramento pro ecclesiis tantum; similiter in Fer. sequenti: S. R. C. 6. *Augustii 1591.*

1329 Non potest Episcopus cantare missam in ecclesiis Regularium ipsis invitatis, ubi scilicet non est solitum: S. R. C. 6. *Julii 1593.* Ubi autem est solitum, potest & ibi baldachinum erigere, ex decreto edito sub die 10. *Junii 1603.*

1330 Eucharistia in festo Corporis Christi non est deferenda per vias Hebræorum: Sac. Rit. Congr. 22. *Febr. 1603.*

In Tabernaculo, ubi asservatur SS. Sacramentum, 1331 non sunt retinendæ reliquiæ, nec vasa sacrorum Oleorum: S. R. C. 22. *Febr. 1593.*

Reliquiæ, quibus in altaris consecratione utitur 1332 Episcopus, debent esse Sanctorum ab ecclesia approbatorum: S. R. C. 13. *Sept. 1593.*

Tabernaculum SS. Sacramenti in cathedralibus non 1333 debet esse in altari majori propter functiones Pontificales, quæ fiunt versis renibus ad Altare: S. R. C. 28. *Novemb. 1594.*

Vicario Episcopi missam cantanti solemnem non 1334 ministrant Canonici, neque fit circulus ante ipsum: S. R. C. *Episc. 8. Martii 1595.*

Ad horas omnes, quæ recitantur in choro, ardeant 1335 in altari duæ saltem candelæ: S. R. C. 7. *Aug. 1595.*

Tempus præscriptum ad recitandum in choro divi- 1336 num officium ab Ordinario cum duobus, vel tribus deputatis à Capitulo diversimode fieri debet, secundum diversa anni tempora, & adnotari in tabella appendenda in Sacristia: S. R. C. *Episc. 7. Augusti 1595.*

Matutinum in cathedrali recitandum esse mane, non 1337 autem Vesperis pro die sequenti: Sac. Rit. Congreg. 18. *Octob. 1595.*

Si consuetudo deferendi processionaliter SS. Sacra- 1338 mentum feria VI. Parasceves in feretro nigris vellibus contecto non potest absque graviori incommodo extirpari, est toleranda: S. R. C. 29. *Martii 1596.*

Tolerari non debet, quod in locis publicis, & sor- 1339 didis stent depictæ diversæ cruces, ac Sanctorum imagines in derisum Christianæ Religionis: S. R. C. 22. *Maii 1596.*

Non sunt consecranda ea altaria, sub quibus re- 1340 condita sunt defunctorum cadavera: Sac. Rit. Cong. 8. *Nov. 1599.*

Si sub altari, vel sub ejus gradibus humata sint 1341 defunctorum cadavera, non est ibi celebranda missa, donec alio transferantur: S. R. C. 10. *Novemb. 1599.* Vide supra num. 236.

Moniales completo officio possunt recitare aliquem 1342 psalmum, orationem, vel collectam: quia hoc non est officio addere: S. R. C. 12. *Jan. 1600.*

Episcopo absente, non potest Vicarius missas ce- 1343 lebrare Conventuales, nec Pontificales: S. R. C. 16. *Maii 1600.*

Hebdomadarius non debet celebrare valde diluculo: 1344 S. R. C. 20. *Febr. 1601.*

Nomine processionum generalium comprehenduntur 1345 tur rogationes: S. R. C. 12. *Mart. 1601.*

Musica non decet in officio quadragesimali, præ- 1346 sertim cum instrumentis, & si est occasio alicujus scandali: S. R. C. 27. *Martii 1601.*

Ubi Canonici sunt pauci, Dignitates etiam accedere 1347 teneantur ad legile, & cantare sicut alii: S. R. C. 20. *Aug. 1601.*

Sacerdoti missam novam celebranti licet oblationes 1348 accipere modo non descendat ab altari: S. R. C. 1. *Octobr. 1601.*

Non sunt ex organo faciendæ conciones, maxime 1349 ubi habetur solitus pulpitus: S. R. C. 25. *Octob. 1601.*

Dignitatibus hinc inde distributis in choro, incen- 1350 sentur eæ cum Canonice ab una parte, deinde aliæ cum aliis Canonice ab altera parte, non vero Dignitates simul ante Canonicos: S. R. C. 1. *Decemb. 1601.*

Canonici in Dominicis sigillatim aspergendi sunt 1351 aqua benedicta, non vero unico ictu in circuitum: Sac. Rituum Cong. 20. *Decembris 1601.*

Cum Antiphonæ præintonantur, omnes ab utroque 1352 latere chori, etiam Canonici surgere debent, juxta cæremoniæ, non obstante consuetudine: S. R. C. 23. *Martii 1602.*

Non est impedienda devotio ad Imagines sanctas: 1353 S. R. C. 17. *Apr. 1602.*

Canonici teneantur in choro psallere, aliis non satis: 1354 faciunt obligationi suæ: S. R. C. 20. *Apr. 1602.* Vide supra num. 12. & infra num. 1423.

Missa conventuale in festo Ascensionis, est celebranda 1355 sexta hora XIV. in festo vero hyemali hora XVII. in

- feriis autem potest dici paulo citius, modo non valde diluculo: S. R. C. 27. Julii 1602.
- 1356 Assistentia quæ fit ad missam, & vespas, fiat cum pluviali: S. R. C. 3. Augusti 1602.
- 1357 Qui sunt de gremio alicujus ecclesiæ debent recitare officium, quod in choro dicitur: licet extra ecclesiam, vel diocesim morentur, decet eos recitare officium propriæ Ecclesiæ ipsorum: S. R. C. 8. Sept. 1602.
- 1358 Clerici licet adscripti alicui ecclesiæ, & ejusdem servitio, non tamen obligati choro, & quicumque alii Clerici Seculares, Regularesve in civitate, vel diocesi commorantes, non tenentur recitare officia propria Sanctorum illius diocesis, vel quæ de consuetudine in eadem ecclesia recitantur in choro: S. R. C. 8. Sept. 1602.
- 1359 Statuta ecclesiæ collegiata quærenda sunt à proprio Episcopo: S. R. C. 28. Sept. 1602.
- 1360 Qui assistit in choro missæ conventuali, non potest portare pileolum per totum canone: in aliis vero divinis officiis uti potest: S. R. C. 5. Novemb. 1602.
- 1361 In ecclesia collegiata possunt divina persolveri citius, quam in cathedrali: S. R. C. 3. Decemb. 1602.
- 1362 Infra clausuram omnino prohiberi debet celebratio missæ, etiam ad communicandas infirmas, non obstant antiquissima consuetudine: S. R. C. Decemb. 1602.
- 1363 Missa conventuali canenda est quotidie in collegiatis, quorum Clerus est numerosus, & redditus non tenuis: S. R. C. 14. Jan. 1603.
- 1364 Altare portatile tunc consecrationem amittit, quando frangitur, vel loco movetur repositorium reliquiarum: S. R. C. 5. Martii 1603.
- 1365 Ubi oratio quadraginta horarum fuit ob tumultus bellicos intermissa, debet restitui: Sac. Rit. Cong. 15. Apr. 1603.
- 1366 Abusus antiqui in processibus tollendi sunt cum magna cautela, ne majora scandala sequantur: Sac. Rit. C. 13. Maii 1603.
- 1367 In Dominicis & Festis potest celebrari missa de requiem pro defunctis inseputo cadavere: S. R. C. 23. Maii 1603. in Egitanien.
- Hoc decretum intelligitur de missa solemnî, non vero de privatis. Vide supra num. 19. 327. 350. 422. 454. 642. 667. 687. & seqq.
- 1368 Cineres distribuendi in feria IV. post Dominicam Quinquagesimæ debent esse aridi, non vero in modum lutî: S. R. C. 23. Maii 1603. in Egitanien.
- 1369 Si processio litaniarum majorum terminetur ad ecclesiam S. Marci, cantatur ibi missa de S. Marco, non vero de rogationibus: S. R. C. 23. Maii 1603. in Hispanien.
- 1370 Vesperæ defunctorum pro prima die mensis dicuntur post Vesperas etiam Dominicæ, vel festi de præcepto, si accidat: S. R. C. 23. Maii 1603.
- 1371 Non potest Episcopus prohibere, ne Parochus celebret mortuorum officium sine interventu Vicarii Foranei: S. R. C. Episcop. 10. Jun. 1603.
- 1372 Psalmi graduales, & penitentiales dicuntur licite ubi est consuetudo eos dicendi prædie Vespæ fer. IV. & VI. post Completor. S. R. C. 2. Aug. 1603. in Laudem.
- 1373 Vicarius Generalis supra Dignitates, & Canonicos paratos nullam habeat præcedentiam, sed tantum aliis præcedat, quando sunt in habitu canonicali ordinario, & sine paramentis: S. R. C. 6. Sept. 1603. in Lauretana. Vide supra num. 16. & locis ibi indicatis.
- 1374 Non est relinquendum officium Breviarii pro officio devotionis: S. R. C. 29. Nov. 1603. in Salamantina.
- 1375 In eodem palatio non conceditur nisi unum oratorium privatum: S. R. C. 7. Februarii 1604.
- 1376 Non potest uti Abbas extra suam ecclesiam mitra, & baculo, neque ea ante se deferre: S. R. C. 7. Julii 1604. Vide infra num. 1457.
- 1377 Dedicatio festum extra actum consecrationis non potest amplius mutari ab Episcopo inconsulta Sede Apostolica: Sac. Rit. Cong. 16. Octobris 1604. in Ariminen. Vide supra num. 238. 425. 446. 1326.
- 1378 Si ecclesiæ dedicatio accidat in festo Nativitatis B. M. V. officium fieri debet de Dedicatio, & duæ missæ possunt eadem die cantari: infra Octavam vero fiat de digniori: S. R. C. 16. Octob. 1604. in Ariminen. Corpora Sanctorum nondum canonizatorum non 1379 possunt poni sub altari: S. R. C. 16. Octob. 1604.
- Titulus antiquus ecclesiæ mutari non potest à confraternitate: S. R. C. 26. Octobris 1604.
- Si Episcopus interesse voluerit horis canonicis, stare debet certam adventus sui horam, qua elapsa, poterit inchoari officium: S. R. C. 16. Januarii 1605.
- Episcopus Regularis debet recitare officium juxta ritum suæ diocesis, non vero sui Ordinis: S. R. C. 11. Jun. 1605. in una pro Regulari promoti ad episcopatum.
- Capellani Episcopi, qui cum eo recitant officium, 1383 debent se illi conformare: S. R. C. 11. Junii 1605. in una pro Regulari promoti ad episcopatum.
- Ubi veget consuetudo immemorabilis, potest recitari officium de Communi pro Sanctis jam non canonizatis: S. R. C. 11. Jun. 1605. in Visen. & reperitur in Rubricis Breviarii Minor. Observ. Vide supra n. 217. 227.
- Missæ ad satisfaciendum elemosinis alicui ecclesiæ traditis, non sunt celebrandæ per exteros, ubi commode possunt satisfieri per Sacerdotes ejusdem ecclesiæ: S. R. C. 28. Jan. 1606.
- Non potest Episcopus extendere ad suam diocesim officium illud, quod fieri solet in civitate: S. R. C. 16. Jan. 1607. in Bojanen.
- Res gravis pro licita votivæ solemnî decantatione ea est, pro qua convenit Episcopus cum Clero, vel apud Regulares in eorum comitis generalibus seu provincialibus, cum cantatur missa pro fer. eorum judicio, gravi: S. R. C. 19. Maii 1607. in Placentina. Vide supra num. 465. 562. 849.
- Cereus Paschalis regulariter accendi debet ad missas, & vespas solemnes in triduo Paschatis, in Sabbato in Albis, & Dominicis usque ad Ascensionem, quo die, cantato evangelio, extinguitur. Ad Matutinum, & in aliis solemnitatibus, & diebus solemniter celebratis non accendatur, nisi adsit consuetudo, quod durante tempore paschali accendatur: S. R. C. 19. Maii 1607. in Placent.
- Coadjutor Episcopi non sedet celebrans in faldis-1389 torio, neque habet Diaconos assistentes, neque Canonici parantur, neque ponitur septimum candelabrum: S. R. C. 1. Septemb. 1607. Vide supra num. 206.
- Prædictus Episcopi Coadjutor non utitur baculo, nisi in ordinationibus: S. R. C. 1. Sept. 1607.
- In altari privati oratorii, cui conceditur celebratio missæ, non potest tamen celebrari in Natali Domini, Epiphania, prima die Paschatis, & prima Pentecostes, Annuntiatione, & Assumptione B. V. M. in festo SS. Apostolorum Petri & Pauli, necnon in solemnitate Omnium Sanctorum: Sac. Rit. Congregat. 17. Nov. 1607.
- His tamen diebus addatur Sabbatum Sanctorum, ex variis Decretis: Vide supra n. 389. & infra n. 1511.
- Ecclesia parochialis in diocesi venit sub nomine matricis, ante quam idcirco neque Regulares, neque confratres possunt campanas pulsare in Sabbato Sancto: S. R. C. 9. Febr. 1608.
- Omnes de Clero etiam Canonici Eucharistiam sumant de manu Celebrantis in Fer. V. in Coena Domini: S. R. C. 17. Septemb. 1608. Vide supra num. 503.
- In choro teneri non debent alie imagines quam Sanctorum: S. R. C. 7. Aug. 1609.
- Neque Abbates, neque Superiores possunt benedicere paramenta ecclesiarum non sibi subjectarum: Sac. Rit. Cong. 24. Aug. 1609.
- Clavis Hostiæ reposita in Fer. V. Coenæ Domini non debet dari laico, quantumvis nobili: Sac. R. C. 30. Jan. 1610. in Pacen.
- Canonici tenentur ad cantandam missam conventualem de officio currenti, ut lucretur distributiones, nec ad satisfactionem sufficit missa in aurora: Sac. Rit. Cong. 25. Jun. 1711. in Urbinaten. Vide supra num. 120. 121. 128.
- Domino loci, & Comendatario Religionis Hierosolymitanæ, & multo minus ejus Procuratori, non defer-

- feritur liber osculandus in missa: S. R. C. 17. Septemb. 1611. in una Nullius Marubii. Vide infra n. 1403.
- 1399 Episcopus tantum, & non alius, dum private celebrat, potest accipere paramenta de ipso altari, & duos habere Ministros superpellicis indutos, præter alium Ministrum Clericum, sive laicum communi vestitum: S. R. C. 7. Jul. 1612. in Cremonen.
- 1400 Potest Episcopus prohibere, ne campanæ nondum benedictæ pulsentur: S. R. C. 5. Jul. 1614.
- 1401 Diaconus non debet pacem dare laicis, neque Domino loci, sed ipsa spectat ad alium Ministrum cotta indutum, & cum instrumento, non vero cum osculo: S. R. C. 5. Jul. 1614.
- 1402 Non debent Regulares in canone nominare Superiores suos, ut Antistes: S. R. C. 12. Nov. 1615.
- 1403 Canonici hebdomadarii officium faciendi debent habere locum super omnes Dignitates, & Canonicos: S. R. C. 17. Jun. 1616.
- 1404 Regulares deferre debent crucem in processionibus cum velo pendente, seu pallio: S. R. C. 14. Jan. 1617. in Neapolitana.
- 1405 Accensis suo tempore candelis, non differatur officium, licet absit hebdomadarius, seu jussu Majoris supplet alius: S. R. C. 18. April. 1617.
- 1406 Ad Majorem in choro spectat innotare initium officii per Pater noster, & idem, eo finito, dabit signum, ut incipiat hora: S. R. C. 18. April. 1617.
- 1407 Idem dicit: Dies S. altus nostros, & Adjutorium, & Dominus nos benedicat, & Noctem quietam, & Benedicere & custodiat, & Dominus det nobis suam pacem, & nisi alia sit consuetudo: S. R. C. 18. April. 1617.
- 1408 Nemo exeat de choro etiam expleto officio, nisi dato à Majore signo finis: S. R. C. 18. April. 1617.
- 1409 Sub nomine festi novem lectionum venit Dominica, ideoque non est feria prima, ut si in ea occurrerit festum duplex, in cathedralibus, & in collegiatis canendæ sint duæ missæ: S. R. C. 12. Mart. 1618.
- 1410 Canonici non debent ascendere ad stallum Dignitatum: S. R. C. 12. Mart. 1618.
- 1411 Cappuccini in processionibus possunt erigere, & deferre propriam crucem: S. R. C. 12. Mart. 1618.
- 1412 In festo Corporis Christi non est deferenda in processione Eucharistia Sacerdotum humeris, sed Celebrantis manibus: S. R. C. 2. Jun. 1618.
- 1413 Cappuccini post sibi concessam propriam crucem erectionem, debent in processionibus locum cedere Regularibus illis, qui sub propria cruce, & in proprio loco incedebant, antequam ipsi crucem propriam deferrent: S. R. C. 23. Martii 1619. Vide infra n. 1418.
- 1414 Potest Episcopus cogere Canonicos ad discendum cantum Gregorianum, etiam per subtractionem fructuum: S. R. C. 9. Maji 1619.
- 1415 Regulares in celebratione missæ possunt annuntiare dies festos, & jejunia in suis ecclesiis: S. R. C. 2. Julii 1620.
- 1416 In Oratione A cunctis nomina Patronorum, S. Michaelis Archangeli, & S. Joannis Baptistæ præponenda sunt Apostolis: S. R. C. 22. Aug. 1620. Prædicta dispositio habetur etiam in rub. miss. post Orat. A cunctis.
- 1417 Si in communibus Sanctorum suffragiis faciendâ sit commemoratio de cruce, tamquam de titulo ecclesiæ, sufficit ea ordinaria, quæ habetur in psalterio, quando scilicet officium curat ferre: S. R. C. 30. Martii 1621.
- 1418 Erectio crucis Cappuccinis concessa fuit in illis tantum locis, in quibus sub cruce Minor. Conventual. incedebat, & ideo in locis, in quibus jam sub propria cruce, seu in proprio loco sub cruce Cleri in processionibus ante hujusmodi concessionem incedebant, eundem locum retinere debent: S. R. C. 10. Jul. 1621.
- 1419 Festum S. Annæ est de præcepto ubique: S. R. C. 24. April. 1622. De mandato Gregorii XV. in cons. incip. Honor laudis.
- 1420 Moniales, quæ Breviario Romano uti consueverunt, non sunt compellendæ ad recipiendum Monasticum: S. R. C. 6. Maji 1622.
- FRARRAR. BIBLIOT. TOM. X.
- In officio de festo Conceptionis B. M. V. non aliud nomen adhibeatur, quàm Conceptionis: S. R. C. 24. Maji 1622.
- Quædam missa propria SS. Rosarii fuit concessa tantum Ordini Prædicatorum: S. R. C. 25. Jun. 1622. in una Ord. Prædic.
- Missæ certis Regularibus concessæ non possunt ab aliis dici, etiam in ipsorum Regularium ecclesiis: Sac. Rit. Cong. 19. Novemb. 1622. in una Conventualium Sicilia.
- Annuli usus in missa prohibetur Prothonotariis non participantibus, & quibuscumque Doctoribus: S. R. C. 11. Febr. 1623. in Tropien. Vide supra n. 443. 492. & infra num. 1451.
- In festo stigmatum S. Francisci adhibetur color albus: S. R. C. 1623. in una Urbis.
- Symbolum S. Athanasii, quod dicitur ad Primam laudabilius in choro recitari stando: S. R. C. 23. Decemb. 1624.
- Imagines illorum, qui cum sanctitatis, seu martyrii fama decesserunt, non sunt apponendæ in oratoriis, vel in ecclesiis, tam secularibus, quam Regularibus, antequam declarentur Beati, neque ad eorum sepulchra accendendæ sunt lampades, aut tabellæ affixendæ sine licentia Sedis Apostolicæ: S. R. C. 13. Mart. 1625.
- Non ideo præjudicandum erit in aliquo illis, qui aut per communem ecclesiæ consensum, aut per Patrum, virorumque Sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis Apostolicæ, vel Ordinarii, coluntur: S. R. C. 13. Mart. 1625.
- Ad Invitatorium, antiphonas, responsoria, & versiculos in officio parvo B. M. V. non additur Alleluja tempore paschali: S. R. C. 28. Mart. 1626.
- Facultas concedendi usum pileoli in missa spectat ad Papam: S. R. C. 24. April. 1626. in Veliterna.
- Non potest omitti altera ex duabus missis cantandis de festo, & de feria: S. R. C. 16. Maji 1626. in Brugen.
- In missa fer. IV. Temporum occurrentis in die octava Nativitatis B. M. V. dicenda est præfatio communis, non vero de B. V. S. R. C. 12. Dec. 1626. in una Urbis.
- Signum quod fit cum patena à fronte ad peccus fit integre cum signo crucis, post quod debet deoculari: S. R. C. 17. Mart. 1627. in Panormitana.
- Protonotarii non possunt benedicere paramenta pro missa: S. R. C. 17. Jul. 1627. in una Castri duranti.
- Ad missam Vicarii Generalis non debent accendi quantum candelæ, neque assistere duo Capellani: S. R. C. 7. Aug. 1627.
- Celebrans in Parasceve mittat particulam in calicem sine aliquo crucis signo, neque se signet cum calice: S. R. C. 28. Aug. 1627. in una Urbis.
- Si festa SS. Apostolorum Philippi & Jacobi, ac Inventionis S. Crucis occurrerint infra octavam Ascensionis, præfatio in missa erit de Apostolis, vel de cruce, at Communicantes de Ascensione: S. R. C. 28. Augusti 1627. in una Urbis.
- Elie duo notanda occurrunt: primum, quod idem dicendum de aliis festis, ac de missis votivis propriam habentibus præfationem, & infra eandem octavam celebrandis; sicuti & hoc prorsus servandum infra octavam Epiphaniæ, quoad festa duplicia primæ classis occurrentia, si propria gaudeant præfatione. Alterum, quod infra octavam Nativitatis Dominicæ, non solum semper dicitur Communicantes, sed etiam Præfatio, licet missa, vel occurrens, vel votiva propriam habeat Præfationem, ut clare patet ex Missa S. Joannis Evangelistæ, in qua recitatur Præfatio Nativitatis, non vero Apostolorum.
- Oratio imperata à Superiore, veluti Deus refugium, omittenda est in duplicibus 1. classis; Romæ vero omittitur etiam in duplicibus 2. classis: Sac. Rit. Cong. 28. Aug. 1627.
- In fine missæ ad quodcumque altare celebratæ, fit reverentia cruci infra gradus, capite semper aperto: S. R. C. 28. Aug. 1627. in una Urbis.

- 1440 Infra octavam Epiphaniæ nequit fieri nisi de duplici classis, cum commemoratione octavæ, & prohibentur missæ votivæ, excepta una solemnî pro re gravi, & de Requiem præsentæ cadavere. Et si occurrat, tam in hac, quàm infra alias octavas privilegiatas Paschatis, Pentecostes, &c. celebrari missa solemnîs pro re gravi, dicitur unica Oratio, Gloria, Credo, & Prefatio propria, si habeatur, sed Communicantes semper de octava: S. R. C. 28. Aug. 1627.
- 1441 Vicarius ut Vicarius non potest, absente Episcopo, missas cantare solemnes, SS. Sacramentum, aut sacras reliquias paratas deferre, nec aliis se immiscere functionibus ecclesiasticis, sed tantum præesse, ut omnia suo ordine fiant: Sac. Rituum Congr. 19. Sept. 1627.
- 1442 Litanie Majores, si occurrant in die Paschatis, transferuntur in fer. 3. seq. S. R. C. 25. Sept. 1627. in una Urbis.  
Non in fer. 2. Sac. Rit. Congr. 19. Sept. 1665. in una Galliar.
- 1443 Baldachinum Abbatis sine auro sit, & ter in anno ad summum adhiberi potest: S. R. C. 29. Jan. 1628. Vide verb. Abbas sub num. 31.
- 1444 Abbati celebranti una tantum mitra conceditur: S. R. C. 29. Jan. 1628.
- 1445 Missa solemnîs Abbatialis ter in anno ad summum est canenda, non tamen cum septem, sed cum sex candelabris, & cum abaco parvo: S. R. C. 29. Januarii 1628. Vide verb. Abbas sub n. 31.
- 1446 Missæ Sancti Gregorii pro vivis, & defunctis impressæ, XV. Auxiliorum, & de Patre Æterno, prohibite sunt: Sac. Rit. Congr. 8. Aprilis 1628. in una Urbis.
- 1447 Officium defunctorum dici potest in choro separatim ab officio diei in diebus exceptis à Breviario pro adimplenda Testatorum voluntate: S. R. C. 12. Jun. 1628.
- 1448 Abrogatur omnis consuetudo non canendi missam de die ultra votivam, seu pro defunctis: S. R. C. 28. Aug. 1628.
- 1449 De titulis altarium, nisi sint in calendario Romano, nullum recitatur officium: Sac. Rit. Congreg. 28. Aug. 1628.
- 1450 Triginta missæ S. Gregorii pro defunctis non prohibentur: S. R. C. 28. Octobr. 1628. in una Urbis. Vide supra num. 1446.
- 1451 Annulli usus in missa prohibetur non solum Protonotariis, sed etiam Canonicis ecclesiarum cathedralium: S. R. C. 20. Nov. 1628. in dubio circa delationem annuam. Vide supra n. 442. 492. 1424.
- 1452 Capellani seculares in propriis ecclesiis Monialium, quæ Romano non utuntur Breviario, dicere possunt missam de Sancto Ordinis, de quo Moniales officium recitant, sed cum Missali Romano, ut in proprio de Sanctis, vel de Communi: S. R. C. 20. Nov. 1628. in una Urbis.
- 1453 Solemniter consuevisse fieri officium significat festum populi, aut Cleri cum apparatu: S. R. C. 9. Decembris 1628.
- 1454 De Sancto canonizato non potest fieri officium extra propriam ecclesiam sine novo decreto: S. R. C. 9. Dec. 1628.
- 1455 Sorores in Confiteor ne dicant ribi Mater, nec vobis Sorores, sed ut in Breviario: S. R. C. 18. Aug. 1629.
- 1456 Sæpius decretum est Episcopus carere facultate delegandi aliis benedictionem paramentorum, & earum rerum, in quibus unctio non adhibetur: S. R. C. 22. Dec. 1629.
- 1457 De licentia Ordinarii poterit Abbas uti mitra, & baculo extra proprias ecclesias: S. R. C. 6. Dec. 1631. Vide verb. Abbas sub n. 31.
- 1458 Pyxis in qua asservata fuit Eucharistia, non potest vendi vel oppignorari: Sac. Rit. Congr. 27. Augusti 1632.
- 1459 In Ecclesia SS. Nazarii & Celsi transferendum est festum SS. Victoris & Innocentii in primam diem non impeditam (post festum SS. Nazarii & Celsi) sub ritu

semiduplici, sed cum evangelio, & oratione eorundem, in qua omittuntur socii: S. R. C. 12. Februarii 1633. in Mediolanen. Vide supra num. 25. 716. 890. 926.

Canonici in processionibus, quibus Episcopus cum mitra intervenit, intra ecclesiam incedant capite detecto, & extra eam cum bireto in capite: S. R. C. 30. Martii 1633.

Moniales ipsæ tenentur legere, vel cantare cantu firmo divinum officium, non vero earum Capellani: S. R. C. 11. Maji 1635.

In calendariis locorum fiat nota ad libitum, quantum officia non sunt de precepto: S. R. C. 6. Feb. 1638. Vide supra num. 536.

Ille idem, qui benedicit cineres prima die Quadragesimæ, vel candelas in festo Purificationis, aut Ramos in Dominica Palmarum, debet etiam cantare missam sequentem: S. R. C. 12. Apr. 1640.

Tolerandum, quod Canonici tribus mensibus anni frigidioribus recitent diebus ferialibus matutinis in sacristia: S. R. C. 13. Sept. 1641.

Magister ceremoniarum tenetur personaliter significare Episcopo quando debeat ad ecclesiam accedere pro functionibus Episcopalibus: S. R. C. 3. Oct. 1643.

Regulares, qui sunt in possessione prebendæ, præcedant in publicis functionibus: ubi non constat de possessione, præcedant illi qui sunt antiquiores in loco controvertis: S. R. C. 6. Octobr. 1645.

Organum haberi debet etiam in ecclesiis collegiatis: S. R. C. 27. Jul. 1646.

In missis votivis de Passione, vel de Cruce, quæ dicuntur infra hebdomadam Passionis, non est omitteendus Psalmus *Judica me Deus*, neque *Gloria Patri* ad Introitum, & Lavabo, licet hæc omnia omittantur in missa de Tempore: S. R. C. 10. Febr. 1647.

Candelæ, cineres, palmæ distribuuntur stando cum mitra in capite ab eo, qui privilegium habet eam gestandi: S. R. C. 28. Febr. 1649.

Festum, quod in aliqua ecclesia celebratur ratione Corporis, vel insignis reliquiæ, non habet octavam, nisi specialiter concedatur à Sede Apostolica: S. R. C. 12. Aug. 1653.

Tam Minores Conventuales, quàm Observantes Reformati S. Francisci possunt in propriis suorum Ordinum ecclesiis solemnizare festum S. Antonii Patavini eia ipsa die, in quam incidit; dummodo Reformati à processionibus abstineant in eodem loco: S. R. C. 20. Sept. 1658.

Nullo modo sunt permittendæ duæ processionis de eodem festo in eodem loco: Sac. Rit. Congr. 9. Apr. 1662.

Antiphona in choro cathedralis postquam primo loco data fuerit celebranti in cornu epistolæ, danda est secundo loco primæ Dignitati sive à cornu evangelii, sive à cornu Epistolæ existenti, & sive interveniat, sive non prima Dignitas, quæ sedet à dextra parte evangelii, non obstante allegata consuetudine: S. R. C. 12. Mart. 1665. in Senogallien.

Ad octavam Benedictionem in festo Conversionis S. Pauli Apostoli, non dicitur: *Cujus conversionem colimus*, sed, *Cujus festum*, &c. Sac. Rit. Congreg. 23. Febr. 1666.

Patet ex hoc quid faciendum sit in officiis Translationis, Apparitionis, Ordinationis, vel Inventionis, & similibus.

Si transferatur aliquod festum pro quo solent pulsari plures campanæ, pulsari debent propria die, & non in qua transferatur: S. R. C. 23. Sept. 1666.

Ad responsorium breve Completorii in Dominica Passionis, non omittatur *Gloria Patri*, si die sequenti fiat de festo semiduplici: S. R. C. 18. Sept. 1666.

In missis votivis privati non est dicendus hymnus Angelicus, nisi fuerit missa Angelorum, in qua quotidie est recitandus; vel missa de B. Maria, in qua quolibet sabbato dici debet: S. R. C. 14. Maji 1672. 1478.

Si Moniales non habeant missale à Romano divinum, Sacerdotes in earum ecclesiis celebraturi possunt di-

dicere proprias missas ipsi Monialibus concessas: S. R. C. 27. Augusti 1672. Vide infra num. 1492.

1479 Clausula posita in Brevibus Indulgentiarum, scilicet: *Volumus autem, ut si aliis Christifidelibus dictam ecclesiam visitantibus, aliqua alia Indulgentia perpetua, vel ad tempus nondum elapsam duratura concessa fuerit, præsentis literæ nullæ sint*, non comprehendit altaria privilegiata pro defunctis: S. R. C. 23. Junii 1676. Vide infra num. 1489.

1480 Quando dicitur Oratio *A cunctis*, vel *Ecclesia*, non est dicenda Oratio contra paganos, vel alia hujusmodi, quia sufficienter una continet quod & altera: S. R. C. 16. Apr. 1688.

1481 AQUEN. Instante Clero Aqnen. pro declaratione infrascriptorum dubiorum videlicet:

I. An attenda concessione recitationis officii SS. Sacramenti quolibet die Jovis non impedito, & excepto tempore Adventus, Quadragesimæ, & Vigiliarum, Clero Seculari diocesis Mantuanæ, & Status Montisferrati, recitari possit à Clero Seculari, quemadmodum præcatur à Clero Seculari Mantuano propter verba decreti prædicti, vel eodem modo & forma quibus ibidem recitatur à Regularibus?

II. An cum Regulares varii sint in assignando quolibet mense lectiones 2. & 3. Nocturni pro hujusmodi officio, consistet de decreto ejusdem S. R. C. quod unum PP. Barnabite, quod nimirum lectiones 2. & 3. Nocturni semper recitari debeant, prout in die solemnitatis Corporis Christi?

III. An quando recitatur officium prædictum missa dici debeat prout in solemnitate Corporis Christi, & cum Sequentiæ, *Lauda Sion*, &c. vel ut missa votiva de SS. Sacramento in fine Missalis; an 2. & 3. Oratio dici debeat ut infra octavam ejusdem solemnitatis vel 2. & 3. ad libitum?

IV. An prædictum officium recitari possit etiam tempore Adventus, Quadragesimæ, & Vigiliarum, prout etiam præcatur ex ratione, quòd nullum tempus sit in decreto exceptum; & ratio dubitandi est, quia sic sequeretur, quod imposterum ibidem amplius non recitaretur à Clero integrum psalterium pro totum annum, nec officium fer. VI. nec in choro psalmi positionales.

Et Sac. Cong. Respondit: Ad I. & IV. asserta concessio intelligenda est extra Adventum, Quadragesimam, Quatuor tempora, & Vigiliis, ac ita tam à Secularibus, quàm à Regularibus servari debet, prout alias decrevit S. R. C. sub die 10. Novemb. 1712. & 11. Novemb. 1641. Ad II. Affirmative ex decreto pro Ord. Min. de Observant. emanato die 12. Julii 1664. Ad III. Missa votiva celebranda est sine sequentiæ, & cum orationibus temporè congruentibus, ex eodem decreto, & ita censuit, & servari mandavit S. R. C. hoc die 13. Junii 1689. — A. Card. Cibo. — Loco Sigilli. — *Bernardinus Cavalari* S. R. C. Secret.

1482 Si prima vesperæ de S. Martina impedita fuerint festo duplici, vel Dominica, hymnus proprius vesperarum uniatu hymno *Martini*, & ex duobus fiat unus sub unica conclusione: S. R. C. 26. Apr. 1692.

Et cum similibus eadem sit ratio, idem videtur dicendum de aliis festivitatibus propriis habentibus hymnos, dummodo sint ejusdem metri, & successivas continent actiones.

1483 Ubique die decima octava Decembris celebratur officium de Expectatione B. M. V. omittende sunt ad Laudem antiphonæ illæ quæ occurrunt in illa feria in proprio de Tempore: S. R. C. 12. Maji 1691.

1484 Si prædictum festum Expectationis venerit in fer. IV. quatuor temporum, nec erit dicenda non lectio in officio, nec legendum ejus evangelium in fine missæ, sed illud S. Joannis; ideoque de feria sola fiat commemoratio in officio, & missa: S. R. C. 12. Maji 1692.

1485 Translato festo S. Confessoris ultra sequentem diem, in hymno *Isis Confessor* facienda est mutatio versiculi, dicendo: *Meruit supremos*, &c. Sac. Rit. Congr. 14. Junii 1692.

1486 Extenditur ad ecclesiam universalem Festum Be-

atæ Mariæ Virginis de Martede, celebrandum die 24. Septembris, sub ritu duplici de precepto, cum oratione propria ac lectionibus 2. Nocturnis: S. R. C. 18. Februarii 1696.

Festum Translationis, Ordinationis, Apparitionis, vel Inventionis, quod alicubi celebratur ratione corporis, vel insignis reliquiæ, celebrandum est sub ritu semid. nisi sit festum unicum, vel principale, & supposita concessione, si bis celebratur: S. R. C. 6. Decembris 1698.

Regulares obtenta à locorum Ordinarii licentia, oretenus, vel in scriptis, faciendi solemnes processionem extra limites Conventuum suæ Religionis cum statura, aut reliquiâ alicujus Sancti, possunt uti pluraliter licet ejus usus non fuerit expressus in licentia obtenta: S. R. C. 21. Martii 1699.

Sub generali Indulgentiarum suspensione, quæ fit 1489 anno Jubilæi, non comprehenduntur altaria privilegiata, nec alia Indulgentiæ pro solis defunctis concessæ: S. R. C. 24. Januarii 1700.

Officium S. Ubaldi habet orationem propriam, ac tres lectiones 2. Nocturni: Sac. Rit. Congr. 14. Februarii 1702.

Ex semid. ad libit. oreum fuit postea ad semiduplic. de precepto.

Conceditur officium simplex S. Liborii Episcopi, & 1491 Confessoris, occurrentis die 23. Julii cum sola commemoratione in vesperis, & laudibus, ac cum oratione *Da quesumus* ex ejus communi: Sac. Rit. Congr. 1. Julii 1702.

Conceditur omnibus Monialibus Ordinis Cisterciensis, quæ utantur Breviario Romano, ut adieperat: possint juxta Ritu prædicti Breviarii Romani plura officia una cum missis propriis anno proximo præterita sub die 9. Decembris toti Ordini Cisterciensi concessas, eaque sic accommodata faciant typis imprimi, nec non secundum easdem Festivitates valeant celebrari facere missas per Capellanos Ecclesiis eorundem servitio addictos cum missali Romano, & juxta illius rubricas: S. R. C. 23. Jun. 1703.

A Dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis inclusive prohibetur officium *cujuscumque* festi. Item missa votiva, & de Requiem, excepta una solemnî præsentæ cadavere, quæ tamen prohibetur triduo ante, & biduo post Pascha: Sac. Rituum Congr. 1704. 23. Augusti.

In expositione, vel repositione SS. Sacramenti pro oratione 40. Horarum, si occurrat festum 1. vel 2. classis, fer. 4. Cinerum, 2. 3. & 4. majoris hebdomadæ, aut Dominica privilegiata, debet cantari missa de officio occurrente, addita oratione SS. Sacramenti sub una tantum conclusione cum paramentis tali officio convenientibus: processio tamen cum paramentis albis, in qua defertur crux à Clerico superpelliceo induto, non vero tunicella; sacra autem imagines, seu reliquiæ Sanctorum in tali casu non sunt exponende super altare: Ita SS. D. N. Clemens XI. 1705. 20. Januarii.

Nequit addi *Alleluja* in fine vers. *Panem de celo*, &c. infra annum in expositione SS. Sacramenti excepto tempore Paschali, & diebus infra octavam Corporis Christi. Ita SS. D. N. Clemens XI. 1705. 20. Jan.

Parochi, Superiores ecclesiarum, Secularium, & 1496 Regularium Sacristæ, & alii, ad quos spectat, non pertinere debent, quod cadavera Ecclesiasticorum Secularium, præsertim Sacerdotum, sicut etiam Diaconorum, & Subdiaconorum, transferantur à propriis domibus ad ecclesiam, vel in istis exponantur quocumque alio habitu, sive confraternitatum, sive Religiosorum, sed cum sacris vestibus eorum Ordini convenientibus juxta dispositionem Ritualis Romani tit. de exequiis. Clemens XI. 1705. 9. Decembris in ejus Bullari. partic. p. 2.

Officium S. Vincentii Ferreris est semiduplex de precepto cum oratione propria: S. R. C. 1705. 6. Martii. At nunc ex declaratione Benedicti XIII. die 5. Aprilis 1729. est duplex.

1498. Officium S. Heduvigis Vidnæ, nunc habet ritum semiduplicem de præcepto, cum oratione propria. S. R. C. 1706. 20. Martii.

1499. Sacræ Religioni Hierosolymitanæ conceditur, ut in navibus magnis occasione longæ navigationis in alto mari contra infideles (quibus navibus rarissime terra attingitur, & sunt magni ponderis, ac firmæ structuræ, ut unaquæque sustineat quinquaginta anea tormenta bellica) celebrari possit missa eo dumtaxat tempore, quo mare est tranquillum, & cælum est serenum, & cum assistentia alterius Sacerdotis, seu Diaconi, ita ut adesse non possit periculum effusionis sanguinis in dicta celebratione: Clemens XI. in diplomate incip. Exponi nobis, editum 22. Martii 1706. in ejus particulari Bullario p. 1.

1500. Cum in aliquibus diocesis sint aliqua loca, aut conventus in Dit. C. M. & alia sub Dit. aliorum Principum, & cum aliqua officia particularia sint concessa pro Dit. tantum C. C. M. & alia ad instantiam aliorum Principum pro suis respective Statibus, & Dominiis: Advertant omnes, qui tenentur ad recitationem divini officii, non posse, qui degunt in una Dit. (quamvis sit in eadem diocesi) recitare offic. concess. alteri diocesi ex decreto: S. R. C. Decembris 1679. ut in Rubr. Brev. Seraph. num. 162. 163. & 164. Nam talia officia non sunt concessa diocesi, in quibus diocesi, (nisi essent concessa ad instantiam Episcop. talium diocesi, pro tota diocesi. & cum specificat. Regularium) sed tantum sunt concessa ad instantiam, & preces Principum pro suis tantum respective Statibus, & Dominiis. Nec valet dicere talia officia celeb. in tota diocesi, prout sunt posita in calend. diocesi. Nam Regulares non posse uti calendario diocesano respondit, & declaravit Sac. Rit. Congr. 20. Martii 1684. Neque valet dicere, privilegia sunt amplianda, quia commutatio etiam amplissima privilegiorum se minime extendit ad officia Sanctorum ex decreto supradicto. Sac. Rit. Congr. 15. Decembris 1679. & ultimo ex decreto ejusdem Sac. Rit. Congr. 1707. 20. Martii.

1501. Festam Immaculatæ Conceptionis B. M. V. ubique terrarum ab omnibus, & singulis utriusque sexus Christianis, sicut alia festa de præcepto servetur, & celebretur, ac sub præcepto observationis festorum comprehendatur: S. R. C. 1708. 28. Januarii.

1502. Extenditur ad ecclesiam universalem sub ritu semiduplic. de præcepto officium S. Pii Papæ V. cum Oratione, & Lectionibus 2. Nocturni propriis pro die 5. Maji: S. R. C. 1710. 22. Januarii.

1503. Officium S. Agathæ V. & M. die 5. Februarii sub ritu semiduplic. recitari consuetum, sub ritu duplici imposterum recitetur ab omnibus Christianis, qui ad horas canonicas tenentur. Sac. Rit. Congr. 1713. 26. Augusti.

1504. Confirmantur decreta Sac. Rit. Congr. super cultu immemorabili S. Liberati de Lauro Ord. Min. Reg. Observ. S. Francisci Provinciae Marchiæ: Sac. Rit. Congr. 1713. 2. Septembris.

1505. Officium proprium S. Joannis de Deo Confes. Ord. fratrum hospitalitatis fundatoris extenditur ad ecclesiam universalem sub ritu semiduplic. de præcepto pro die 8. Martii: S. R. C. 1714. 21. Aprilis.

## VIENNENSIS.

1506. Ad pias, enixasque preces Cæsareæ Majest. SS. D. N. porrectas, & à Sanctitate sua ad Sac. Rit. Congregationem remissas, quibus supplicabatur, ut officia Expectationis Parris de Mercede, & Patrocinii B. M. V. jam olim pro regnis Hispaniarum ritu duplici maj. concessa, ad omnia regna, & dominia prædictæ Cæsareæ Majest. sub eodem ritu duplici maj. in eisdem regnis, & dominiis recitari, ac missas respective celebrari posse indulset, si SS. D. N. visum fuerit die 23. Septembris. Facta deinde per me infra-scriptum Pro-Sec. de prædictis SS. D. N. relatione, Sanctitas sua benigne annuit 1714. 18. Novemb. F. Card. de Abdua Præf.

Nonnulla dubia à Sac. Rit. Congreg. in una Camerinen. 1507. resoluta sub die 11. Maji 1715. tenoris sequentis.

I. An Priori collegiatæ ecclesiæ S. Venantii occasione accessus Capitulariter ad ecclesiam cathedralem debeat locus in presbyterio ejusdem cathedralis: Et quatenus affirmative.

II. An eidem Priori debeat precedencia ante Præpositum, ceterosque Canonicos ejusdem cathedralis, tam præsentem, quam absentem Archidiacono, prima dignitate dictæ cathedralis?

III. An idem locus in dicto presbyterio debeat etiam Canonicis ejusdem collegiatæ, infra locum Canonicorum cathedralis, in linea tamen æquali?

IV. An, & qui locus debeat Priori S. Venantii absentis Archidiacono cathedralis, in processibus, aliisque actibus, in quibus accedere solet utrumque Capitulum, & Prior S. Venantii incedit à sinistris Archidiaconi, ipso præsentem & interessente?

V. An Archidiaconus habeatur pro præsentem quando assistit Episcopo celebranti, vel assistentiam præstat eidem in processibus etiam Sanctissimi Corporis Christi, ita ut Prior S. Venantii debeat præcedere Præpositum cathedralis?

VI. An ministrare naviculam Episcopo ponenti thus in thuribulo in collegiatæ in processibus, in quibus intervenit Capitulum cathedralis, & Episcopus non assistit in pontificalibus, spectet ad digniorem ex Capitulo cathedralis, vel ad Priorem, aliumque digniorem ex Capitulo collegiatæ?

VII. An Parochus collegiatæ in processibus, in quibus intervenit utrumque Capitulum, incedere debeat à sinistris Parochi cathedralis, etiam cum stola?

Ad I. Negative.  
Ad II. Affirmative præsentem Archidiacono, Negative vero absente.

Ad III. Negative.  
Ad IV. Satis provisum in secundo.  
Ad V. Negative.

Ad VI. Negative quoad primam partem, Affirmative quoad secundam.

Ad VII. Affirmative, & amplius in omnibus.

Festum & officium Sanctissimi Rosarii B. M. V. 1508. Clemens XI. extendit ad ecclesiam universalem sub ritu duplici majori de præcepto quolibet anno recitandum in prima Dominica Octobris, ut videtur est in ejusdem Pontificis Bulla, qua incip. Cum alissim: & habetur sub num. 25. in Bullario particulari dicti Pontificis. Ita die 3. Octobris 1716.

A Vig. Pent. usque ad fest. SS. Trinit. inclusive 1509. prohibetur quodcumque officium etiam 1. class. Item prohib. vot. missæ & de R. excepta una solemn. præsentem cadavere, quæ tamen prohib. triduo seq. ex decret. S. R. C. 1718. 10. Decembris.

Ex decreto S. R. C. emanat. die 10. Decem. 1718. 1510. annuente Clemente Papa XI. die 14. ejusd. mensis, & anni in elogio pronunciat. in martyrologio pro S. Felice Confes. Ord. Min. Cappuce, die 21. Maji addantur hæc verb. Et à Clement. XI. Pont. Max. solemn. ritu Sanctorum numero adscriptus est. Item ex supradicto decreto in martyr. 10. Novemb. post Lectionem oppido Milleduno S. Leonis Confessoris, &c. immediate legitur Neapoli in Campania S. Andree Avellini, &c. ut ibi cum hæc additio: Quæ miraculis clarum Clemens XI. Sanctorum Catalogo adscripuit.

In fer. quinta. in Cena Domini, & Sabb. Sanct. 1511. non potest ullo modo, & à quocumque dici missa privata ex decret. S. R. C. & Clem. XI. die 20. Apr. 1707. ac ejusd. Pontificis vivæ vocis Oraculo 8. Aug. 1713. ac ultimo de mandato ejusd. 1719.

## PRAGENSIS.

Concessionis officii, & missæ Beati Joannis Nepomuceni Canonici ecclesiæ metropolitane Pragen. necnon elevationis ejusdem Corporis, confirmata à Sac.

Sac. Rit. Congregatione sub die 15. Martii proxime preteriti 1721. sententia à Reverendiss. Archiepisc. Pragen. lata super cultu publico ab immemorabili tempore præstito Joanni Nepomuceno olim ecclesiæ metropolitane Pragen. Canonico cum subsecuto Assensu SS. D. N. Innocentii Papæ XIII. Ad pias modo, enixasque preces Cæs. Majest. Caroli VI. Roman. electi Imperatoris, Augustissimi Domus Austriae, Serenissimi Regis Poloniae, ac etiam nonnullorum Emin. & Reverendis. S. R. E. Cardinalium, plurimque Archiepiscoporum, Episcop. aliorumque Germaniæ Principum à san. mem. Clemente Papa XI. ad Sac. Rit. Congregationem remissas, quibus supplicatum fuit, ut de Beato Joanne prædicto officium, & missam de comm. Martyr. sub ritu duplici pro Regno Bohemiæ, Germaniæ, & Statibus hereditariis Augustis. Domus Austriae cum facultate etiam collocandi in altari eidem sacro sito in metropolitana ecclesia Pragen. corpus dicti Beati, quod usque adhuc sub humo quievit, benigne concedere dignaretur, illasque ab Eminent. & Reverendis. D. Card. de Althan relatas, Sacra ead. Congregatio, instante Ludovico Stayer Canonico præfate Metropolitanæ, ejusmodique causæ Postulatore, & tam in voce, quam in scriptis R. P. D. Prospero de Lambertinis Fidei Promotore prius audito, petitionem officium, & missam de comm. Mart. sub ritu duplici. pro regno Bohemiæ, sub ritu vero semid. pro tota Germania, & Statibus hereditariis Augustis. Austriae singulis annis pro die 16. Maji concedi, prædictumque Beati corpus elevati, & intra altaris mensam arbitrio Reverendis. Archiepiscopi collocari posse censuit, si SS. D. N. visum fuerit. Die 7. Junii 1722. Factaque deinde per me Secret. de prædictis SS. D. N. Innocentio Papæ XIII. relatione, Sanctitas sua benigne annuit. Die 25. ejusdem mensis & anni 1721. Ita reperitur in Regestis Decret. S. R. C.

1513. Cum Sac. Rit. Congreg. die 21. Aprilis 1714. annuente etiam san. mem. Clem. Papa XI. officium S. Joannis de Deo Ordinis fratrum hospitalitatis fundatoris pro ecclesia universali sub ritu semidup. recitari concesserit: Cumque modo ex parte P. P. Bernardi Bansi Generalis, & Joachimi Supplicat. Proc. Gen. Ordinis prædicti pro elevatione ritus à semidup. ad Duplic. pro universali ecclesia humillime supplicatum fuerit, Sac. ead. Rit. Congreg. hujusmodi instantiæ benigne annuendo, supradictum officium S. Joannis de Deo ab omnibus Christianis, tam Secularibus, quam Regularibus utriusque sexus, qui ad horas canonicas tenentur, sub ritu dupl. imposterum recitare posse censuit, si SS. D. N. visum fuerit. Die 25. April. 1722. Factaque deinde de prædic. per me Secret. SS. D. N. relatione, Sanctitas sua benigne annuit die, & anno suprad.

1514. Ad pias preces Augustissimi Caroli VI. Roman. electi Imperatoris san. mem. Clementi Papæ XI. necnon Serenissimorum Poloniae Regis, & Magni Ducis Etruriæ, ac Emin. & Reverendissim. D. Christiani Augusti Card. de Saxonia SS. D. N. Innoc. Papæ XIII. porrectas, & à Sanctitate sua ad Sac. Rit. Congregationem remissas, in eaque per Eminent. & Reverendissim. D. Card. Salernum relatas: Sac. ead. Congregatio Rit. benigne indulset, atque concessit ut officium S. Pauli Primi Eremitæ, quod hæctenus sub ritu semidup. in ecclesia universali celebratum fuit, imposterum singulis annis die 15. Jan. ipsius festo ab omnibus Christianis, tam Secularibus, quam Regularibus utriusque sexus, qui ad horas canonicas tenentur, sub ritu dupl. min. recitari possit, & debeat, si SS. D. N. visum fuerit: 1722. die 13. Jul. Factaque deinde per me Secret. de prædictis SS. D. N. relatione, Sanctitas sua benigne annuit die 18. ejusd. mensis, & anni.

1515. Sac. Rit. Congregatio ad humillimas preces P. F. Francisci de Altamura Vice Commissarii Generalis Ord. Min. Observ. benigne concessit, ut officium omnium Sanctorum dicti Ordinis, quod hæctenus sub ritu dupl. min. recitatum fuit, imposterum sub ritu dupl. 2. classis cum præfatione, prout in festo S. Francisci, à Religiosis præfati Ordinis recitari possit, & valeat: Sac.

Rituum Congregat. 1722. 22. Augusti.

Episcopi abusus omnes, qui in ecclesiis, aut Secularibus, aut Regularibus, contra præscriptum caeremonialis Episcoporum, & Ritualis Romani, vel Rubricas Missalis, & Breviarii irrepererint, debent omnino removere; & si adversus ea, quæ in dicto caeremoniali statuta sunt, consuetudinem etiam immemorabilem allegari contingat, postquam recognoverint, aut eam non satis probari, aut etiam probatam suffragari, ut pote irrationabilem, de jure non posse executioni eorum, quæ in dicto caeremoniali instituta sunt, diligenter incumbere debent, nec ulla suspensio, aut appellatio admittitur. Innocentius XIII. in const. qua incip. Apostolici Ministerii 13. Maji 1723. super ecclesiastica disciplina confirmata à Benedicto XIII. in alia constitutione, qua incip. In supremo, 23. Sept. 1724. Vide num. 41. & 55.

Calaritana Canonizationis Beati Salvatoris ab Hof- 1517. Laici professi Ord. Minor. S. Francisci de Observantia Provinciae Cataloniæ. Confirmata in Sac. Rit. Congregatione die 13. Septembris 1710. sententia per cl. mem. Cardinalem Urbis Vicarium super cultu Beato Salvatore Ordinis prædicti præstito, sive super casu excepto à decretis san. mem. Urbani Papæ XIII. lata, annuente postmodum san. mem. Clemente Papa XI. sub die 29. Jan. 1711. P. F. Bernardinus de Nicea Ordinis Min. Observ. Reform. & omnium causarum Beatificationum, & Canonizationum dicti Ordinis Postulator, humiliter Sac. Rit. Congregationi supplicavit, ut imposterum singulis annis 18. Martii die anniversaria ipsius Beati obdormitionis in Domino, non solum universo Ordini Min. verum etiam civitati Calaritanæ, in qua corpus dicti Beati veneratur, oppidis S. Columbæ dioc. Gerunden. ubi natus fuit, & Hortæ dioc. Dertussen. à quo idem Beatus cognomentum suscepit, illius officium sub ritu dupl. & missam benigne concedere dignaretur. Et Sac. eadem Congregatio ad relationem Eminent. & Reverendissim. D. Card. Fabroni Pontentis tam in scriptis, quam in voce Reverendis. Prospero de Lambertinis Archiepiscopo. Theodosii Fidei Promotore prius audito, offic. supradicti Beati sub ritu dupl. de comm. & missam respective juxta petita posse concedi censuit, si SS. D. N. visum fuerit: 1724. die 15. Julii. Factaque deinde per me Secret. de prædictis SS. D. N. Benedicto Papæ XIII. relatione, Sanctitas sua benigne annuit. Die 31. ejusd. mensis, & anni 1724.

Porrectis nuper san. mem. Innocentio Papæ XIII. 1518. lteris Cæsareæ Majest. Caroli VI. Roman. electi Imperat. & Elisabethæ Imperatricis, necnon Serenissim. Poloniae Regis, nonnullorum Eminent. & Reverendiss. S. R. E. Cardinalium, plurimque Archiepiscoporum, Episc. ac Principum, quibus non minus pie, quam enixe supplicatum fuit, ut officium Sanctæ Birgittæ, quod in universali ecclesia sub ritu semidupl. & in pluribus regni sub ritu duplici recitatur, imposterum ad ecclesiam universalem sub ritu duplici. extendere dignaretur, illisque ad Sac. Rit. Congregationem remissis, in eaque novissime per Eminent. & Reverendiss. D. Cardinalem Ptolemeum relatis, Sac. ead. Congregatio, instante P. Jacobo Schekh Priore Generalis Ordinis S. Birgittæ in Babaria, Reverendissimoque Prospero de Lambertinis Archiepiscopo Theodosio Fidei Promotore etiam audito, censuit, ut singulis annis die 8. Octobris ab omnibus tam Secularibus, quam Regularibus utriusque sexus, qui ad horas canonicas tenentur, officium prædictum sub ritu duplici recitari, & missa respective celebrari possit, si SS. D. N. visum fuerit: 1724. die 26. Augusti. Et facta per me Secret. SS. D. N. de prædictis relatione, Sanctitas sua benigne annuit, ejusd. anni 1724. die 2. Sept.

Sacra Rit. Congregatio, annuente SS. D. N. Benedicto Papa XIII. benigne indulset, atque concessit, ut officium cum lectionibus 2. Noct. propriis, & Oratione S. Andree Avellini jam pro Clericis Regularibus Theatinis die 19. Augusti 1719. approbatum, imposterum ab omnibus utriusque sexus Christianis tam Secularibus, quam Regularibus, qui ad horas canonicas

1511 nicas tenentur die 10. Novemb. sub ritu semidupl. recitari, & missa respective celebrari 1725. 7. Julii, & ex novissimo decreto sub die 12. Decemb. 1701. Officium hoc erectum est ad ritum dupl. pro Dom. Ven.

1520 Ead. Sac. Rit. Congregatio sub die 7. Julii 1724. ad supplicationem P. Procuratoris Generalis Ordinis Minor. Conventualium concessit, ut Fratres Minor. S. Francisci in officio B. Cunegundis Virg. Ord. S. Clare possint uti lectionibus 2. Noct. & Oratione propriis jam sub die 10. Martii proxime præteriti approbatis pro regno Poloniæ, & ducatu Lithuanicæ.

1521 Ad humillimas preces P. Matthæi de Pareta Procuratoris Generalis Ordinis Min. Observ. S. Francisci pro extensione officii proprii, & missæ Expectatione Partus B. M. V. ad universum suum Ordinem à Sac. Rit. Congr. correctas, atque relatas, Sacra eadem Congregatio gratiam in similibus factam extendendo petium officium singulis annis die 18. Decembr. omnibus Religiosis, & Monialibus totius præfati Ordinis facultatem recitandi, & missam respective celebrandi, posse concedi censuit, si SS. D. N. visum fuerit: 1725. 18. Aug. *Factaque deinde per me Secret. de prædictis SS. D. N. relatione, Sanctitas sua benigne annuit die 23. ejusd. mensis, & anni 1725.*

1522 Pro officio SS. Rosarii B. M. V. habentur lect. 2. Noctur. propr. & oratio tam pro officio, quam pro missa ex decret. S. R. C. 1725. 10. Martii, & confirm. à SS. D. N. Benedicto XIII. die 19. ejusdem mensis, & anni.

1523 Pro dioc. Cremonen. emanavit decret. S. R. C. pro officio, & missa sacrae Domus Lauretanæ 1726. 27. Aprilis.

1524 Sac. Rit. Congregat. ad humillimas preces P. Procuratoris Generalis Ordinis Cappucc. nomine etiam totius Religionis orationem, & lectiones 2. & 3. Noct. proprias, necnon missam S. Felicis Cappucc. ab Emin. & Reverendiss. D. Card. Barbarino Ponente diligenter revisas, & correctas, & in Sac. Rit. Congregat. per Eminent. & Reverendiss. D. Card. Picum loco ejusdem Eminentiss. & Reverend. Barberini absentis relatas approbavit, ut in festo ipsius Sancti cum offic. sub ritu 2. class. ab universo præfato Ordine utriusque sexus imposterum recitari, ac celebrari possit, benigne concessit: 1725. die 15. Maji.

1525 Sanctissimus Dom. Nost. Benedictus XIII. in Brevisub datum Romæ die 7. Augusti 1726. pro Beatificatione Beatæ Hyacinthæ de Mareis Virginis Tertii Ordinis indulisit, ut in terra Vignaneli civitatis Castell. diocesis, in qua prædicta Beata nata est in civitate Viterviensis ubi ejus corpus requiescit, & in universo Ordine S. Francisci, tam Fratrum, quam Monialium quotannis de anniversario felicitis obitus ejusdem Beatæ, seu alia die non impedita illam immediate sequenti recitetur officium, & missa celebratur de Virgine non Martyre juxta Rubricas Breviarum, & Missalis Romani, & quantum ad missas attinet, etiam à Sacerdotibus confluentibus. Præterea concessit, ut in prædictis locis, & Ordine solemnia Beatificationis celebrantur cum officio, & missa sub ritu duplici majori. Deinde die 21. ejusdem mensis approbavit ejusdem orationem propriam, eamque in solemnibus Beatificatione ejusdem Beatæ recitari debere benigne indulisit, atque concessit 1726. 7. Augusti.

1526 Pro festo Beatæ Lodovicæ Albert. Tertii Ordinis 31. Januarii Sanctissim. Domin. Noster Benedictus Papa XIII. 1725. die 19. Decembris, approbavit Lect. 2. Nocturni & Orationem propriam, & in universo Ordine S. Francisci eas recitari indulisit: 1726. 19. Dec.

1527 In litanis Sanctorum pro diversitate functionum, & temporum assignatis, & in illis pro commendatione animarum post nomen S. Joannis Baptistæ statim adjungit debet illud S. Josephi dicendo: *S. Joannis Baptistæ, ora pro nobis: S. Joseph, ora pro nobis: Omnes Sancti Patriarchæ, &c. Benedictus XIII. 1726. 19. Dec. in decreto Urbis & Orbis. Die 15. Febr. 1726.*

Clericus Joan. Baptista Luppi in Ordinatione, habita die 28. Decembris 1724. prius recepit Ordines Minores, quàm Clericus Jo. Franciscus de Rubéis: Hic tamen occupavit dignorem stallum in choro: Episcopus nihil voluit definire. Re delata ad Sac. Rit. Congreg. dicta die proposito dubio: *An, & cui competat præcedentia?* Ponente Eminentissimo Domino Georgio Spinula, respicit: *Competere præcedentiam Clerico Jo. Baptista Luppi.*

Sacra Rituum Congregatio concessit, ut ab omnibus Religiosis trium Ordinum Sancti Francisci, & ab aliis, à quibus ex Indulto Sedis Apostolicæ festum Sanctorum Jacobi de Marchia, Francisci Solani sub ritu dupl. majoris hæcenus celebratum fuit, imposterum, servatis tamen Rubricis Breviarum, ac Missalis Romani, sub ritu dupl. 2. classis cum octava celebrari possit: 1727. 6. Aprilis.

Aliud decretum Sac. Rit. Cong. emanavit die 12. Julii 1729. annuente SS. Dom. Nost. Benedicto Papa XIII. die 22. ejusdem mensis, & anni, quo conceditur officium, & missa Beat. Marti. Joannis de Perusio, & Petri de Saxoferrato Ordinis Minorum de commun. Mart. sub ritu dupl. minor. pro die 29. Augusti in Universa Ordinis Minor. Religione, & pro civitate, ac diocesi Valentiana, ubi martyrium prædict. BB. passi fuerunt, ac etiam pro civitate, ac diocesi Terulensi ubi ipsorum corpora venerantur, necnon in civitate ac diocesi Perusina, & oppido Saxiferrati, in quibus ortum habuerunt. *Huius officii assignata tantquam propria dies 3. Sept. 1727. 12. Julii.*

Sanctissimus Domin. Nost. Benedictus Papa XIII. die 28. Julii 1727. benigne indulisit, atque concessit, ut officium S. Rosæ Virginis Limanæ Ordinis Predicatorum jam pluries pro regnis Hispaniæ aliisque dominis, civitatibus, & diocesis approbatum, extensum, imposterum die 30. Augusti sub ritu dupl. cum Oratione, & Lectione 2. Noct. propriis, aliàs à Sac. Rit. Cong. approbatis, ab omnibus Christianis utriusque sexus tam Secularibus, quàm Regularibus, qui ad horas canonicas tenentur, recitari possit, & debeat, & ita servari, ac in Breviario, & Missali Romano apponi mandavit, 1727. 28. Julii.

In Dit. R. & Dom. Sabaudicæ qualibet feria 6. etiam in Quadragesima non impedita festo duplici, vel semiduplici, fiet officium Sanctissimæ Sindonis ritu semidupl. ex decreto Sanctiss. Dom. Nost. Benedicti XIII. 1727. 14. Augusti.

Idem Sanctiss. Domin. Nost. die 22. Augusti. 1727. indulisit, ut officium Septem Dolorum Beat. Mariæ Virgin. pluribus regnis, dominis, civitatibus, ac diocesis jam concessum, imposterum feria 6. post Dominic. Passionis ab omnibus Christianis Secularibus, & Regularibus utriusque sexus, qui ad horas canonicas tenentur, sub ritu duplici majori recitari, & missa respective celebrari possit, & debeat, servatis in reliquis Rubric. Missalis, & Breviarum Roman. ac ita in Breviar. & Missal. Romano apponi mandavit 1727. 22. Augusti. Die 6. Septembris 1727.

NOVARIEN.

In cathedrali Novariensi extat statutum: *Quod nullus Canonicorum admittatur ad fructus præbendarum, donec fecerit septimanam in suo ordine laudatam, nec assignetur alicui Canonicæ præbendæ aliqua donec fecerit septimanam laudatam, & approbatam à majori parte Capituli in ordine suo. Mense Decembris 1693. cum vacasset duo canonicatus, fuit de uno provisos Canonicus Torniellus, & de altero Canonicus Berchiolus. Torniellus prius cepit possessionem, sed alter prius terminavit suam septimanam, quam laudavit, & approbavit Capitulum, à quo fuit etiam decretum, quod quoad honorificam præcederet Torniellus, & quoad lucrosam Berchiolus. Sunt in dicta cathedrali alia præminentia debita Antianis, nempe quod celebrare valeant, dum*

dum recitatur matutinum in choro, & quod assumantur ad officia Tesaurarii, & Procuratoris, de quibus est orta disputatio inter dd. Canonicos: *Quare propositis dubiis:*

Primo: *An sustineatur resolutio Capitalis concedens Canonicis Berchiolo manutentionem in quasi possessione antiquitatis quoad omnia lucrosa, & Canonicis Torniello quoad omnia honorifica?*

Secundo: *An & cui competant jura præminentia noviter superventa?*

Sacra Congregatio, Ponente Eminentissimo Pico, respicit: *Ad primum Affirmative. Ad secundum Competere Torniello. Die 24. Januarii 1729.*

SORAN.

Die 5. Decemb. 1716. in Sorana fuerunt proposita sequentia dubia. Primo: *An Archiepiscopus & Canonici ecclesie collegiatae S. Bartholomæi civitatis Soræ intervenire, & assistere debeant omnibus functionibus pontificalibus ab Episcopo celebrandis in ecclesia cathedrali?* Secundo: *An teneantur intervenire ad processiones publicas, & votivas dictæ civitatis?* S. R. C. dicta die respicit: *Ad utrumque affirmative.*

Die 15. Februarii 1717. fuit propositum dubium. *An decisa sub die 5. Decembris 1716. contra Archiepiscopus, & Canonicos S. Bartholomæi civitatis Soræ, militent etiam in omnibus contra Prepositum, & Canonicos ecclesie collegiatae S. Restitutæ ejusdem civitatis?* Fuit rescriptum: *Affirmative. Et die 24. Januarii 1728. Sacra Congregatio stetit In decisis. In dicta diocesi sunt constitutiones synodales præcipientes hanc assistentiam, & concurrere etiam observantia. Eadem die 24. Januarii 1728.*

ARIMINEN.

1536 Parochi civitatis Ariminæ obtinuerunt rescriptum ab Eminentissimo de Via tunc Episcopo quod possent in publicis processionibus, in quibus intervenit Capitulum cathedralis, incedere cum stola. Ad reclamationem Capituli fuit propositum dubium: *An in processionibus, in quibus incedunt, & præcedunt Canonici ecclesie cathedralis sine stola, & simul incedunt Parochi sub una ejusdem cathedralis cruce, liceat præfatis Parochis deterrere stolan, non obstante rescripto Eminentissimi Ordinarum, per quod simile Indultum sub die 31. nuper elapsi mensis Augusti ipsis fuit concessum?* Sac. Rit. Congreg. die 24. Januarii 1728. Ponente Eminentissimo Origo respicit: *Parochi ecclesie Ariminensis ferre posse stolan in processionibus generalibus, in quibus Capitulum procedit sacris paramentis indutum. Die 20. Martii 1728.*

MILEVITANA PRÆEMINENTIAM.

1537 1. An liceat Magistratui, & Capitaneo Virgæ se introducere, ac respective permanere intus aulam, seu cubiculum, in quo Reverendiss. Episcopus functiones episcopales peracturus recipit Capitulum habitu choralis indatum, ut deinde cum illo se transferat ad ecclesiam.

2. Usque ad quem locum præcise pervenire, ac permanere debeant, donec Episcopus, & Capitulum ex eadem aula, & cubiculo egrediantur, ut ad ecclesiam procedant.

3. An Magistratui, & Capitaneo Virgæ postquam associaverint Episcopum usque ad altare SS. Sacramenti liceat transire per presbyterium ad effectum prosequendi associationem usque ad locum baldachini.

4. An eadem in functionibus ecclesiasticis uti liceat clava, seu mazza honorifica, quam de presenti ante se deferri faciunt, tam extra, quàm intus ecclesiam?

5. An eadem clava, seu mazza uti valeant in præfatis functionibus ecclesiasticis tam presentibus, quàm absentibus Episcopo, & Capitulo?

6. An liceat Capitulo ejusdem cathedralis, sine

Apostolicæ Sedis Indulto in functionibus ecclesiasticis uti tam extra, quàm intra ecclesiam clava, seu mazza honorifica, quam de presenti ante se deferri fecit?

Sacra Congregatio dicta die respicit: *Ad Eminentissimum Ponentem juxta mentem. Mens est Affirmative in omnibus, nisi Episcopus aliquam ingerat difficultatem, Ponente Eminentissimo Pipia.*

SS. D. N. Benedictus Papa XIII. in Bulla Beatificationis Servi Dei Joannis de Prado M. Ord. Min. sub die 14. Maji 1728. indulisit, ut in universo Ordine Sancti Francisci quotannis celebraretur de eodem officium cum missa de Dom. unius Mart. sub ritu dupl. maj. sed cum dies propria, quæ est 24. Maji, impediretur in perpetuum ab Ocl. die S. Paschalis, assignaretur dies 31. ejusdem mensis ut prima non impedita, juxta quod conceditur in eadem Bulla, & Rubric. Brev. de transl. fest. num. 31.

PLACENTINA.

Die 3. Julii 1728.

1. An Magister cæremoniarum Capituli ecclesie S. Antonini Placentiæ associare valeat dictum Capitulum cum habitu violaceo, & cum gestatione ferulæ in illis processionibus, in quibus intervenit Capitulum ecclesie cathedralis?

2. In quo loco incedere debeant Clerici seminarii in dictis publicis, & solemnibus processionibus?

3. An in calendario ecclesie Placentinæ adnotari debeat tempus, in quo fit mutatio capparum dictorum Canonicorum S. Antonini, sicut adnotatur tempus mutationis capparum dd. Canonicorum cathedralis?

4. An Canonici dictæ ecclesie S. Antonini peragere valeant in dicta eorum ecclesia occasione funerum Summorum Pontificum, propriorum Episcoporum, aliorumque Principum, exequias solemnes cum quinque absolutioibus, juxta formam præscriptam in Pontificali Romano, seu potius private spectet ad cathedralem.

Sacra Congregatio dicta die, Ponente Eminentissimo Salerno respicit: *Ad 1. Negative, & amplius. Ad 2. Dilata. Ad 3. Negative, & arbitrio Episcopi etiam quoad alias collegiatas. Ad 4. Negative, & amplius.*

Quoad secundum dubium difficultatem ingressit, quia in processionibus præcedebant ante Confraternitates, & Regulares, Cruces cathedralis, & collegiatae Sancti Antonini, ex quo deducebat Capitulum cathedralis, Clericos seminarii non debere ab ipso separari.

SS. D. N. Benedictus XIII. ad humillimas preces Episcopi, Capituli, & civium civit. Vercellensis benigne indulisit atque concessit, ut officium S. Eusebii Episc. Vercellen. & Mart. cum Lect. 2. Noct. propriis ab Emin. & Reverendiss. D. Card. Pipia diligenter revisis, atque correctis, die 16. Decembris ab omnibus utriusque sexus Christianis, qui ad horas canonicas tenentur, sub ritu semidupl. recitari, & missa respective celebrari debeat, & ita in Breviar. & Missali Romano apponi mandavit 1728. die 7. Julii.

CAMERINEN.

Die 3. Augusti 1726. inter Capitulum cathedralis, & Capitulum Insignis collegiatae S. Venantii fuerunt proposita sequentia dubia.

1. An Episcopo pontificalia exercenti in ecclesia S. Venantii debeat assistentia à Dignitatibus, & Canonicis ecclesie cathedralis, seu potius à Priore ejusdem collegiatae?

2. Ubi, & quomodo occasione synodi sedere debeant Canonici, & Dignitates ecclesie cathedralis, & Prior, & Canonici dictæ collegiatae?

Ad 1. Rescriptum fuit *Negative quoad primam partem, & Affirmative quoad secundam.*

Ad 2. Servetur decretum Eminentissimi Cassini, nem-